

## **Dispvtationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Sect. 4. Vtrum Spiritus sanctus per se requirat ex vi suæ processionis  
formaliter duas personas spirantes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

& logice secunditatem intelligentiae, & alia secunditas voluntatis sic aliud est principium sufficiens & immediatum productio-  
nis per intellectum, & aliud per voluntatem. Ac Filius quidem est principium per voluntatem, & non per intellectum.  
Quare manifeste haec differunt.

Ad secundum Respondeo, Spiritum san-  
ctum non referri immediate secundum ra-  
tionem ad Patrem & Filium, quodad rationes eorum propriae secunditatis intel-  
ligentiae, aut termini ipsius, praeclere sup-  
posas, sed ut ad spiratorem. Quod quo-  
modo sufficiat ad distinctionem realem Spir-  
itus sancti ab illis, superiori sectione in  
fine dictum fuit.

Ad tertium Respondeo, Spiritum san-  
ctum respicere immediate suum principium immediatum, quod non est hic Deus, sed est spirator. Quæ ratio præ-  
supponit quidem secunditatem intel-  
ligentiae, atque ipsius terminum: adeoque præsupponit Patrem & Filium, ut perio-  
nas distinctas: sicut enim intellectio prior  
est voluntate: sic secunditas intellectio-  
nis prior est secunditas voluntatis: & produc-  
tio per secunditatem intellectio-  
nis, est prior productione per secunditatem volun-  
tatis. At non est mera & prima ratio Patris & Filii: vnde nec illos Spiritus sanctus immediatus espicit secundum primam illam rationem secunditatis intelligentiae,  
aut termini illius præcisè: sed tantum re-  
mote & mediate: nempe mediane spirati-  
tione activa, quæ ratione distinguitur a  
propriis rationibus secunditatis intelligentiae & termini illius.

Ad quartum Respondeo, Spiritum san-  
ctum ex vi sue processionis esse quidem ne-  
xum Patris & Filii: sed nimirum quatenus  
est terminus unius spiratoris, in quo adunantur Pater & Filius. Itemque esse amorem  
unicum, quatenus primò & immediatè  
naturam accipit sub ratione amoris, quo Pa-  
ter & Filius se amant essentialiter, arque  
vniuersitatem, non tantum affectuè, sed etiam  
substantialiter, quatenus sunt unicus amor,  
sicut & unica voluntas & essentia. Hic au-  
tem nexus & amor, licet sit immediatè duorum  
objectione & formaliter: non tamen  
productiuè. Quemadmodum etiam in-  
tellectio & volatio essentialis est quidem  
plurim formaliter & objectivè: quia for-  
maliter conuenit tribus personis, & ad  
objecta infinita tendit: eo ramen modo  
quo empanit virtualiter & metaphysice,  
non est immediatè intellectio nisi ab uno  
intellectu & volitio, & voluntate unica, tri-  
bus personis formaliter communis.

Præcedentem doctrinam confirmat sanctus  
Aug. lib. 5a de Trinit. cap. 14. quem citat  
D. Thom. q. 36. a 4. s. Sed contra, ubi sic  
ait: Sicut Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt  
unum principium creaturarum: ita Pater & Fi-  
lius sunt unum principium Spiritus sancti: quia  
delicet, sicut immediatè creant per omni-  
potentiam, in qua tres personæ vnu sunt: ita  
spiritus immediate per secunditatem volun-  
tatis, quæ eadem est in Patre & in Filiō.

## SECTIO IV.

Vtrum Spiritus sanctus per se requiri ex vi  
sue processionis formaliter duas  
personas spiritus?

**N**ota primo sensum quendam de virtute  
processio Spiritus sancti, quatenus ta-  
lis est, & ex propria sua ratione formaliter  
postulet duo supposita ex parte principij,  
quæ per se conferant ad Spiritus sancti  
productionem. Per le, inquam, quartu  
modo ex illis, quatuor quos Aristoteles  
enumeravit lib. 1. Posterior. cap. 4. & lib.  
5. Metaphys. cap. 18, qui est per se in cas-  
tando. An vero potius illa multitudo sup-  
positorum se habeat per accidens ad pro-  
ductionem Spiritus sancti: ita ut si per im-  
possibile vis spirata est in unica perso-  
na, non minus produceret Spiritum san-  
ctum. Quemadmodum Trinitas perso-  
narum divinarum per accidens se habet ad  
creationem: Quia si per impossibile Deus  
esset unicus in persona, sicut ac in essen-  
tia; omnipotencia illi conueniens essen-  
tialiter, non minus valeres & sufficeret ad  
creandum.

Nota secundò, id quod recte aduersi-  
Vsq. dispu. 150. cap. 1. fieri posse ut  
duo per se, ac necessariò inter le coniun-  
gantur, aut conueniant in primo aut se-  
condo modo dicendi per se, id est, sicut  
proprietas coniunguntur essentiae, & es-  
sentiæ proprietatibus: & tamen non con-  
iungantur aut conueniant in quarto modo,  
qui in eo consistit, quod effectus prædi-  
cetur de causa per se; aut vice versa, cau-  
sa per se dicatur de effectu. Et quidem  
nemo dubitat virtutem spirandi, qualis  
nunc est, & qualis tantum possibilis  
esse re ipsa identificatam duobus supposi-  
tis, necessariò & per se, id est, non per  
accidens & contingenter: ita ut ex se po-  
stule summe necessitate intrinseca & na-  
turali, identificari tunc essentiae, cum perso-  
natibus Patri & Filii, quibuscum non  
habet oppositionem. Quidam. Quidam  
attributione diuina hoc ex lumina-  
cessitate intrinseca identificabilia inter se  
quantum fieri potest: id est, quando non  
impedit oppositio relativa originis. Non est  
autem talis oppositio inter spirationem  
actuum, & personalites Patris & Filii.  
Sed difficultas est, & disensio inter Theo-  
logos, an virtus spirandi per se postulet in-  
caulando, id est, ex propria & formaliter  
ratione productionis Spiritus sancti, id est,  
identificari Patri & Filiō: ad que processio  
Spiritus sancti ex formaliter sua ra-  
tione requirat duas personas spirantes  
tanquam per se necessarias ad spirandum.

ita ut vos sine alia non sufficiere? An vero potius virtus spirandi postulet quidem per se in essendo identificari Patri & Filio; per accidens tamen id se habeat in cau-  
iendo: quia non minus produceret Spiritum sanctum, si per impossibile una sola persona identificaretur. Quemadmodum omnipotencia diuina per se quidem in essendo postulat essa in tribus suppositis: id tamen se habet per accidens ad creationem. Nata creatura non pendet, neque procedet a tribus illis suppositis, ut tria sunt: sed ut unus creator, ratione eiusdem omnipotentiae, quem si esset in uno supposito, non minus operaretur.

**31.** Nota tertio, duplicitate posse nos loqui de virtute spirandi, & de Spiritu sancto. Primo, de illa virtute, & de illo Spiritu qui nunc est, quique solus possibilis est: nam omnis aliis est chimericus & impossibilis. Secundo, de virtute spirandi & de Spiritu sancto qui per locum intrinsecum supponitur sive in eo casu, quo Spiritus sanctus ab unica persona procederet; putat solo Patre. Nam in eo casu non foret eadem numero & specie virtus spirandi, que nunc est, neque idem Spiritus sanctus, ut ostendemus ratiōne post.

**32.** His praemissis, dico primò Spiritum sanctum qui vere est, per se requirere ex vi sua processionis formaliter duas personas spirantes. Hanc affectionem invenit D. Thom. Quæst. 36. art. 4. ad pri-  
mum, ubi docet Spiritum sanctum proce-  
dere a Patre & Filio ut sunt plures, quia procedit ab eis ut amor unitius duorum. Clarius vero illam tradit in 1. dist. 11. q.  
1. art. 2. & 4. cui subscribunt Capreolus in 1. dist. 12. q. unica conca. 4. Fer-  
rariensis. 4. contra gentes cap. 25. Caietanus, Bannes, Cumel, & alij Thomistæ 1.  
p. q. 36. art. 4. Molin. ad eundem artic.  
dicitur. 5. Suar. lib. 10. cap. 6. Vsq. disp.  
150. cap. 2. Cunig. dispu. 1. dub. 4.  
Floruant. lib. 2. de Trinit. notat. 39.  
Ruis dip. 71. sect. 1.

**33.** Probatur secundò, quia Spiritus sanctus qui nunc est, ex formaliter & propria ratio-  
ne sua opponitur relatio Patri & Filio, in quantum talibus ideoque distinguitur reliter a filiis ut talibus, & non tantum propter hunc unum spirator. Ergo Spiritus sanctus ex formaliter & propria ratione sua, adeoque per se & formaliter, respicit Pa-  
trem & Filium in quantum tales, ut plures personas a quibus dicit originem. Nam relativa oppositio in diuinis non est alia, quam oppositio originis. Confir-  
matur, quia omnis relatio respicit per se formaliter & ex propria ratione sua, ter-  
minum suum ad quantum: est enim essentialiter respectus ad illum. Atqui pro-  
prietas Spiritus sancti est relatio ad Pa-  
trem & Filium, etiam ut tales: ergo pro-

prietas Spiritus sancti respicit ut se for-  
maliter, & ex propria ratione, Pa-  
trem & Filium, etiam ut tales. Atqui  
id quod conuenit Spiritui sancto secun-  
dum suam proprietatem, conuenit illi per  
se ex via sua processionis: quippe qua per  
se directe & formaliter tendit ad Spiritu-  
rum sanctum ut est talis persona, distin-  
cta a duabus aliis. Ergo Spiritus sanctus per se requirit ex via sua processionis for-  
maliter Patrem & Filium ut tales, ad spi-  
randum. Confirmatur secundò, quia nisi  
Spiritus sanctus procederet a Patre & Filio,  
non distingueretur ab illis, ut ostendimus  
sect. 2. Atqui Spiritus sanctus per se & ex  
propria ratione distinguitur realiter a  
Patre & Filio. Ergo per se & ex propria  
ratione procedit a Patre & Filio. Ergo ex via sua processionis per se requirit  
plures personas, Patris scilicet & Filii, a quibus procedat. Nec obest quod non  
procedit immediate ab illis quia talibus, re-  
probauimus sect. precedenti. Poreclenia  
nihilominus ea presupponere necessariam,  
tanquam medicam spirantes, eosque ut tales  
respiceremus.

Probatur secundò, quia Spiritus sanctus ex via sua processionis procedit ut amor mutuus personalis, & nexus duorum se mutuò amantium, ut docet sanctus Thomas locis supra cit. post S. Augustin. tractatu 105. in Ioan. Verbis à Trospéro relatis sententia 371. Spiritus sanctus est spiritus Patris & Filii, tanquam charitas substancialis & consubstantialis amborum. Et Concil. Toletan. XI. in confessione fidei: Simil ab utrisque Spiritus sanctus processione monstratur: quia charitas sive sanctitas amborum agnoscitur. Atqui nexus est essentialiter inter duo, & auctor mutuus, est per se in necessariis inter duos se amantes reciprocus. Ergo Spiritus sanctus qui ex via sua processionis est nexus Patris & Filii, & amor mutuus notionalis illorum se reciprocè amantium, requirit per se ex via sua processionis plures personas a quibus procedat. Neque satisfacit, quod responderi posse ait Suar. supra num. 4. Pates tantum dicere Spiritum sanctum esse ne-  
xum Patris & Filii: sed non dicere hoc ei per se conuenire, & per se procedere ut tales. Nam Toletan. XI. non tantum affirmat ha esse: sed ait Spiritum sanctum ideo esse ab utrisque, quia charitas am-  
borum est id est, necessarium esse ut ab utroque procedat, quia est charitas, seu mutua inter ipsos amicitia. Si autem ne-  
cessarium est Spiritum sanctum procedere ab illis ut talibus, per se ab illis proce-  
dit ut pluribus & distinctis. Eodemque sensu D. Augustin. ait, Spiritum sanctum esse spiritum Patris & Filii, originaliter scilicet, tanquam charitatem consubstan-  
tialem amborum. D. Thomas autem ex-  
presse afferit Spiritum sanctum procedere a Patre & Filio, ut timorem unituum

duorum. Ideo procedere ab illis ut plures sunt.

<sup>35.</sup> <sup>Tria. 2.  
no quatuor  
dam inc.  
siccac.</sup> Nobant aliqui tertio hac ratione, quia Spiritus sanctus, ex sua propria ratione procedit per viam voluntatis. Adeoque præsupponit alteram processionem, quæ est per viam intellectus. Atque ita præsupponit personas Patris & Filii, quarum una procedit ab alia per viam intellectus. Sed hoc argumentum tantum probat, si nihil aliud addatur, esse ordinem inter processiones Filii & Spiritus sancti: & posito quod sint duæ, quoddque intellectus sit secundus, æquè ac voluntas; processionem intellectus esse ratione priore; sè propter illum prioritatem, secunditatem spirandi reperi in duabus suppositionibus. Sed non probat secunditatem spirandi requirere per se ut intellectus sit secundus, ita ut si per locum intrinsecum intellectus non esset secundus, & tamen voluntas esset secunda, non produceretur idem Spiritus sanctus qui nunc est: quod errè non fieret, si secunditas intellectus iusque terminus per se requireretur. Nam productiones diuinæ nequeunt esse, neque bene concepi esse; deficientे principio per se necessario. Aliud verò est intellectum diuinum esse res ipsa secundum, æquè ac voluntatem: esseque ordinem rationis inter eorum secunditates: & aliud, secunditatem voluntatis per se postulare ut intellectus sit secundus, & habere hunc ordinem rationis & subordinationem ad illius secunditatem. Argumentum allatum probat primum: sed non secundum, de quo nunc quæstio est. Aliud item est actum voluntatis, cuius est spirandi vis, ex propria ratione, & per se præsupponere actum intellectus: quia non potest ferrari in incognitum: & aliud, præsupponere illum esse secundum ad intra, & operationem ad generandum, aut actu generare.

<sup>36.</sup> Per tocum intrinseci pars vis spirandi esse in una persona. Dico secundò: posito per locum intrinsecum quod voluntas esset secunda, eiusque secunditas esset in sola prima persona, illa sufficeret ad spirandum amorem notionalem. Sed ille non esset idem cum Spiritu sancto qui nunc est. Et consequenter non esset eadem secunditas quæ nunc est. Prima pars huius assertio-  
<sup>nis</sup> est Molina. quæst. 35. artic. 2. disp. 3. ad 3. argum. Suaris lib. 10. cap. 6. num. 5. & Cunigæ disput. 11. dub. 4. num. 1. iunctio dubio 3. membro p. num. 3. Neque contradicit illi D. Thomas locis in priori assertione citatis, quia loquitur ibi tantum de Spiritu sancto qui re ipsa est: non autem de illo qui concipitur fore per locum intrinsecum, in casu impossibili. Quin potius idem Sanctus Doctor, aliquique omnes Theologi, illam supponunt, quando querunt, an Spiritus sanctus distingueretur à Filio, si non proce-

deret ab illo. Supponunt enim non sequi per locum intrinsecum voluntatem sive infecundam, & non posse producere amorem aliquem notionalem, quamvis sola prima persona produceret. Ratio eiusdem partis est, quia sicut in nobis Verbum, id est, actus intelligendi, & amor non possunt produci à diuersis personis: sed potius ab una & eadem: immo etiam, ut ostendemus alibi, ab uno eodemque vitali & substanciali principio, quod unum idemque cognoscit & amat: immo Deo quod amor notionalis procedat a diuersis personis, non est per se ex ratione amoris abstracte sumpti: neque sequitur per locum intrinsecum, quod non essent plures personæ habentes spirandi secunditatem, non posset eadem intelligi & velle notionaliter, id est, producere Verbum & amorem notionalem. In quo tamen casu non esset realis distinctio inter Verbum & amorem notionalem, quemadmodum non esset inter principia dicendi & spirandi ratione tantum diversa, ut ostendimus sect. 2.

Ex quo probatum id quod diximus in 2. parte assertio-<sup>nis</sup>: nimur amorem illum notionalem non fore eundem cum Spiritu sancto qui nunc est: quia Spiritus sanctus qui nunc est, ex sua propria & formal ratione opponitur relativè pluribus personis, id est, Patri & Filio, ut talibus filiosque respicit, non modò ut sunt unus spirator, sed etiam ut sunt Pater & Filius, tanquam terminus adæquatum sue relationis personalis. In eo casu non opponeretur relatiæ Filio: quia non præducetur ab illo. Ergo non habere eadem relationem, quam nunc habet. Ergo non esset eadem persona quæ nunc est: quia per illam relationem constituitur in esse huius personæ. Non esset, inquam, eadem persona, non modò numero, sed neque specie quodammodo. Nam relatio quæ pro termino adæquato, per se necessario habet Patrem & Filium, quæ tales, & quæ separantes, differt plus quam numerice ab ea quæ pro termino adæquato haberet solam primam personam ut spitantem. Recolendum est id quod diximus disput. 25. sect. 7. in fine, proprietates Patris & Filii differre plus quam numero, & quasi specie inter se. Vnde relatio Spiritus sancti quæ per se atque ex propria ratione necessario respicit Patrem & Filium, etiam secundum suas proprietates, habet terminos quasi specie differentes.

Hinc evitatur tercia pars assertio-<sup>nis</sup>, quæ diximus secunditatem spirandi non fore in 2o calo eadem quæ nunc est. Nam sicut terminus secunditatis esset substantialiter, & quasi specie, diuersus ab eo qui nunc est, ita & secunditas, que ei illi termino proportionata, & ex propria quiditate determinata ad illum producendum, atque illi

Ille tamen  
amor no-  
tionalis ne-  
fore eadem  
cum spiritu  
sancto qui  
nunc est.

que vis  
illa spitan-  
di fore ea-  
dem quæ  
nunc est.

commenta ita ut nullum alium possit producere sed sit in ordine ad illum solum quidquid est.

## SECTIO V.

Solvantur argumenta contraria sententia.

39.  
Scotus.  
Gabriel.  
Durand.

**C**ontra primam assertione sentiuntur. Scotus i... dist. 12. q. 1. Gabr. ibidem q. 2. art. 2. & Durand. dist. ij. q. 3. existimantes Spiritum sanctum qui nunc est, non per se requiri ex vi sua processio plures personas à quibus procedat: sed tamen per accidens ad illius productionem quod faciens spirandi reperiatur in duabus personis sicut ad productionem creaturarum quā nunc sunt, per accidens est quod omnipotens sit in tribus suppositis diuinis: quia non minus eodem numero & specie creantur, si omnipotens esset in unico supposito. Fundamentum & modus id explicandi & probandi, quo virtutur Durand. fuerunt alibi refutata. Scoti vero argumenta hæc sunt.

40.  
Argumen-  
ta contra  
tria senten-  
tia.

Primo, virtus spirandi est tota & integra in qualibet diuina primarum personarum: neque est perfectior in duabus simul, quā in unica. Ergo ad spirandum est illi per accidens quod sit in duabus. Nam quælibet virtus, æquè perfecta, perinde operatur, siue sit in viso, siue in variis suppositis. Secundo, sicut se habent tres personæ diuinae ad creandum per omnipotentiam: ita se habent duas primæ personæ ad spirandum. Atque tres personæ non per se requiruntur ad creandum, ex vi creationis, sed omnipotens quæ ageret, quamvis esset unica persona. Ergo duas primæ personæ non requiruntur per se ad spirandum, sed quæ ageret vis spirandi, quamvis esset in unica. Tertio, si per impossibile prima persona non esset secunda per intellectum, & tamen esset secunda per voluntatem: scilicet nunc est, produceret quæ ac nunc eundem amorem nostrum, qui est Spiritus sanctus. Ergo quæ nunc duas personæ illum producant, non est quia per se requiruntur ad spirandum: sed tantum illa intellectus est secundus ratione prius, quā voluntas: & processio per voluntatem supponit processionem per intellectum, quæ est generatio spiritus: habentis cum patre voluntatem secundam. Quartio, si quæ esset ratio cui spiratio requireret per se duas personas, esset maximè quia Spiritus sanctus procedit ut nexus & amor mutuus dyorum. Sed illa locutione nihil addit amori essentiali (qui totus est in qualibet persona) præter relationem rationis, quæ nullam perfectionem addit, neque potest necessariè requiri ad spirandum, siue ut conditio, siue ut virtus spirandi. Ergo &c. Quinto,

sequeretur ex opposito quilibet è duabus personis non esse principium compleatum & perfectum Spiritus sancti: sed tantum partiale & imperfectum alterumque altero indigere. Hoc autem est absurdum & inconveniens.

Ad primum Respondeo negando consequentiam. Ad cuius probationem dico assumptum verum est de virtute quæ potest eadem & æquè perfecta esse tam in unico, quam in pluribus suppositis. Sed impossibilis est virtutem spirandi fore eandem quæ nunc est, si esset tantum in uno supposito, ut ostendimus num. 37. & 38. Ad secundum respondent aliqui concessa maiore, negando minorem. Tum quia, inquit, absurdum est dicere, nos per accidens esse creaturas totius Trinitatis, eique tantum per accidens debere nostrum esse. Tum etiam quia de essentia creationis est esse ab omnipotentiâ diuina. Ergo & ab omnibus suppositis connaturalibus omnipotentiae. Nam producere procedens ab aliqua vi producendi, per se procedere a supposito connaturali p̄dicitur virtutis. Ita Cuniga dubio supra citato, num. 7.

Sed melius alij, concessa maiore, negant minorem. Nam ut omnipotentia sit qualis, & quā perfecta nunc est, ad operandum quidquid operatur aut operari potest, non requirit ex vi creationis esse in tribus suppositis: ita ut si per locum intrinsecum concipiatur esse in unica persona, non possit concipi quæ sufficiens ad creandum quicquid nunc creare potest: essetque re ipsa sufficiens, si ita existaret à parte rei per locum intrinsecum, id est, per suppositionem impossibilem quidem, sed tamen non destruentem semetipsum. At vero ut vis spirandi sit ea quæ nunc est, sufficiatque ad producendum terminum reanter distinctum à patre & filio, necessario postulat esse in patre & Filio. Nique vrget id quod in contrarium opponit Cuniga. Respondeo enim esse quidem absurdum, & contra fidem, dicere nos per accidens tantum esse creaturas totius Trinitatis, ratione essentiae & omnipotentiae, quam tota Trinitas & singulariter personæ includunt essentia: sed non esse absurdum, immo communiter asserti à Doctoribus, tres hypostases diuinas non esse per se causas creaturarum, secundum id quod addunt omnipotentiam, quæ realiter distinguuntur ab invicem. Qua de causa Theologi communiter cum D. Thoma q. 32. art. 1. docente mysterium Trinitatis nisi posse naturaliter cognosci ex creaturis: quia creaturae procedunt à Deo, non quæ trinus, sed quæ unus est. Vnde possunt quidem nos ducere in cognitionem suæ causæ, id est, Dei quæ unus est: at non Dei quæ trinus est, quia non causat ut talis. Non est etiam verum id quod ultimò addit, idem auctor, in